Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentaria in universam artis logicam - Cod. Ettenheim-Münster 277

[S.l.], [17. Jahrh.]

Dvbivm 8m

urn:nbn:de:bsz:31-129937

Visual Library

Ex q solus in hoc argtm. Individuum est contrahitur incommunicabile ergo non potest esse communicabile.
Rx. Dico consequens non potest esse communicabile contrahitur secundum consequentiam accidentaliter per cognitionem illius nostri negationis immo ipsa ratio incommunicabilitatis sit accidentaliter communicabilis et deinde licet individuum in actu exercito sit contrahitur incommunicabile, in actu tamen signato est communicabile.
Arg. 3 Definitio Individui non convenit individuo vago ergo non est bona. probatur antecedens Individuum vagum praedicatur de pluribus ergo non de uno tantum. probatur antecedens aliquis homo est individuum vagum sed hoc praedicatur de Petro et Paulo nam Petrus est aliquis homo et Paulus ergo praedicatur de pluribus.
Rx. Definitio Porphyrii convenire individuo determinato tantum quia individuum vagum absoluti loquendo non est individuum sed ens.
Et de hoc quaeritur utrum sit species Rx. breviter non esse speciem esse tantum quod ens. probatur 1o. species praedicatur in quid, individuum vagum non praedicatur in quid sed in eiusmodi ergo non est species. probatur minor sin. quaeritur eiusmodi est homo illi tenet Rx. est aliquis homo .i. est homo particularis.
Quod sit quod ens probatur quia significat naturam humanam cum determinato modo essendi sed hoc est quod ens pluribus singularibus ergo significatum eius est ens quod siquidem competit pluribus

DUBIUM 8m

Utrum Definitiones Dicta a Porphyrio tradita sint bonae?

Post consideratione generis et speciei tractare incipit Porphyrius de Dicta quae modus procedendi videri potest non nullis inordinatus, prius enim tractare debuisset de Dicta quam de specie sicut principium principiato aut pars suo toto, componit enim species Dicta cum genere tanquam pars Metaphysice illius ut supra dictum est.
Verum arguendus non est Porphyrius ideo enim ab illo formatus est ordo praeponendo speciem Dicta ut generis notitia completur quia generis correlativum immediatum est species notitia vero Entis relativa perfecta et completa sed ex tertio ens correlativo iure legitima excusatione id factum esse non est dubium.
Antequam a. definiat Porphyrius Dictam tradit divisionem Dictae. In Communem seu propriam et proprissimam seu maxime propriam. similiter explicat quod nomen Dictae.

Ducens differentiam nil aliud sgare quam diversitatem et disparitatem eorum quae in aliquo
conveniunt, quando ergo haec disparitas fit in rebus ab accidentibus eorum differentiae
eorum, et ita differentia eorum loquendo pro re substrata, nil aliud est quam accidens
quoddam separabile per quod una res huius illud differt ab aliis vel non a seipsa
non habente ut currere sedere, Petrus non currens differt in parte a Paulo
non currente et a seipso quiescente.

Quando vero fit in rebus a propriis accidentibus tunc dicitur differentia propria et
haec differentia est accidens aliquod inseparabile ratione cuius res huius illud separatur
ab alia non habente ut adunitas vel junitas narium, lipitudo oculorum
cicatrix in multo nigredo in corvo vel ~~aetiope~~ aetiope, nam homo huius nasum
curvum ratione illius curvitatis differt ab homine non habente illam.

Tandem 3°. differentia sgat diversitatem aliquam quae fit in rebus et a propriis et contentibus
constitutivis et tunc dicitur differentia propriissima cum maxime propria. Et differentia hoc
modo accipta nil aliud est quam pars speciei Metaphysicae ~~[illegible]~~ quam
species distinguitur contrahitur a quibuscumque aliis speciebus, intra idem genus ut sensibile
respectu animalis rationali respectu hominis, pro rationali non differt homo a brutis contento
sub animali, animal differt pro sensibili a planta contenta sub vivente.
Inter has a. 3 differentias hoc discriminis intercedit quod duae priores tantum fa-
ciant rem dissimilem. 3a vero rem faciunt planae aliam cum potius
aliud et ideo solet vocari differentia specifica: Priores vero ob ignobilitatem vo-
cari solent tantum simpliciter differentiae.

Facta haec divisione differentiae cui et alias aliquis adiungit quas aliquis expli-
cabimus dicitur assignat definitiones differentiae.

1a. Differentia est quae species excedit genus. 2a. differentia est quae praedicatur de pluribus specie
differentibus in quali quid. 3a. differentia est quae dividit ea quae sunt eodem genere
ut rationali dividit hominem a Leone quae sunt sub animali. 4. Differentia est quae
dicunt a se singula subintellige contrahitur et quidditative. 5. Differentia est
quae constituit contrarium. Has definitiones tantum competere differentiae propriissimae
ex ipsis terminis patet. Ultimam definitionem a 1a non distinguimus quia si species
per differentiam excedit genus utique differentia erit in specie tanquam pars illius constitutiva

4 q̄ assignant definitiones et recte propter 4 munera cum actus quos habet divisio, illosque
nos maioris ita claritatis gratia inter se ordinamus. 1° namque divisio dividit genus
et huic actui respondet 3 definitio. 2° constituit speciem cum respondet 1° definitio
cum ultima 3° divisio speciem ipsam constituit ab aliis distinguit species
et huic actui respondet 4 definitio. 4° in quo ipsa ex his omnibus sequitur habet divisio
quod praedicatur de suis inferioribus in quantitate quod et huic actui dictat 2a definitio.
Ex his 4 actibus sequuntur totidem respectus 1° est in ordine ad genus quod
dividit divisio 2° in ordine ad speciem ipsam constituit. 3° ad alias species
quas ipsam constituit differre facit ab illis et sic eas indirecte respicit
4° est in ordine ad sua inferiora.

Cap. 1° Definitiones assignatae bonae sunt et accurate
explicant naturam divisionis, omnes tamen sunt materiae qualis.

Haec Cap. tum probatur solvendo omnia argumenta quae afferri solent in eam.
quod sunt ad materiam quae pertinent quia singulae actus singulas materiae qualitates ex
plicant quod tamen omnes simul divisionem completam in suo esse constituunt.
Verum quia nos hic agimus de divisione ut est 3 praedicabile quia cum divisio
4 habeat respectus in ordine ad quem tamen constituatur in ratione 3 praedicabilis
et quod sit eius definitio ut 3 praedicabile est.
Sed Hoc explanatione sit Cap. 2a. Definitio divisionis ut est 3 praedicabile est.
Divisio est quae praedicatur de pluribus speciebus vel numero differentibus in quantitate quod.
Haec definitio est descriptiva ut ex dictis facile colligi poterit. Essentialis
vero haec est. Divisio est virtute respiciens plura species vel numero differentia
in quantitate quod sit additur partis vel numero ut comprehendamus omnes divisiones tam
infimas quam subalternas, sed definitionem Porph. quae statuit divisionem praedicari
de pluribus differentibus specie existimamus tamen competere divisionibus
subalternis, tenet Cant. hic ad illas tamen infimas definitionem praedictam
detorquere velit sed minus congrue.

Cho 3a. Dria n constituit in ratione 3ij predicabilis respectu speciei a quo eam ipsam distinguit constituit, neque in ordine ad genus quod dividit.

V. G. Rationali n est 3. predicabile respectu bruti a quo hominem quem constituit distinguit. patet quia ad 1. p. predicabilia constituuntur in ratione talium respectu eorum quae de quibus vere possunt predicari sed dria n potest vere predicari de aliis speciebus a quibus suam distinguit ergo dria respectu eorum n constituitur in ratione 3ij predicabilis ma est apta patet mi. rationale quod est dria hominis n predicari potest de equo et leone et aliis bratis a quibus hominem distinguit, falsa n. est predicatio hic est rationalis.

2a pars. patet. dria ut 3 predicabile predicatur centrahit de suis inferioribus sed dria n predicatur centrahit de gre ergo respectu illius n constituitur in ratione 3ij predicabilis, ma ex ipsa definitione dria constat, predicatur n. in quale quid hoc est afferens partem centrae per modum alteri adiacentis mi patet rationale n predicatur centrahit de animali, si n. predicaretur centrahit est vel tota centra vel pars centrae et consequenter n posset animal esse sine rationali, quia nil potest esse sine sua centra con parte centrae, et v. animal potest bene existere sine rationali ut patet ergo dria n predicatur

Cho 4 Dria n constituitur formaliter in esse vrtis et 3ij predicabilis per respectum ad speciem ipsam constituit sed per respectum ad individua species vel ad ipsas species diversas

Haec Cho est 3a. Morales in sua manu scriptis Sect 2 de dria est hic S. Th in summa loco cap. 4 Sanger et PD Comptulesium Dicimus in Chri vel ad species diversas ut comprehendamus in dria subalternam quae n constituitur formaliter in ratione vrtis et 3ij predicabilis per respectum ad genus quod constituit V. G. sensibili per respectum ad animal sed per respectum ad species diversas sub gre contentas ut ad hominem et bratum

rationale n

Et eodem modo Verbum non est 3 praedicabile respectu hominis sed respectu naturae humanae
Petri sc: et Pauli et pro Christo 1a. Verbum est natura una dicens respectu
ad plura inferiora sed species non est inferior quod respectu differentiae ergo differentia non est
verbis respectu speciei ma pat. ex dictis, quia pro specie subiectibilem
ut sic non est verbum quia ut talis non dicit respectum ad inferiora pro m.
superior est id a quo non valet subsistenti consequentia sed a differentia ad speciem valet
consequentia ergo differentia non est superior specie et consequenter nec species erit inferior
differentia. Huic rationi Rxri solet a contrariis differentiam V. G. rationale in esse
rei non esse superius quod sic non aliquid tale pat ac homo esse tamen superius quod in ratione
praedicabilis quia differentia praedicatur et de specie et de individuis, species vero
tamen praedicatur de individuis et haec superioritas secundum illos sufficit ad
constituendum verbum et praedicabile formaliter.
Responsio a. haec nulla est, sequeretur non nullam dari comparationem
aequalis de aequali loquendo quod tamen est contra communem philosophorum opinionem.
Sequitur pro secundum illos eos quod differentia praedicatur de specie dicunt illam esse
superiorem ergo non est praedicatio aequalis de aequali ergo non datur talis praedicatio quia
in omni praedicatione secundum illos praedicatur semper superius sed superius non est aequalis cum
inferiori ergo nunquam datur praedicatio aequalis de aequali.
Rxnt. 2o. Primam quando praedicatur de specie virtualiter praedicari de
pluribus inferioribus quia plura individua virtualiter in specie continentur et
ita illam praedicationem de specie aequalem pluribus praedicationibus de individuis.
3a. quia talis continentia virtualis non sufficit ad veram rationem verbi, pro ea
verbum ut sic formaliter dicit ordinem ad multa vel plura simpliciter ad
verbum non petitur quod ratio eius multiplicetur in inferioribus sed individua pro
virtualiter continentur in specie non pro multa sed unum quod ergo ratione huius
continentiae virtualis individuorum in specie differentia respectu speciei non erit
verbis.
Pro 2o. Christo verbum tamen est superius respectu eorum a quibus abstrahitur abstractione
verbi loquendo sed differentia non abstrahitur a specie abstractione verbi
sed formali tamen ergo differentia non est superius quod respectu speciei. ma pat pro m.

ab illis abstrahitur aliquid abstractione uerbi quod immediate unit in una ratione
et in quo multiplicatur per contractionem sed differentia non unit speciem cum indi-
uiduis nisi potius species unit sibi indiuidua neque differentia per contractionem
multiplicatur in specie sed tantum in indiuiduis ergo.

Cap. 5. Inferiora differentiae non sunt istae et istae differentiae sed sunt
ipsae species si sit differentia subalterna uel indiuidua si infima
et respectu horum consistunt differentia in ratione 3 praedicabilis

Explicatur Cap. Inferiora rationalis v. g. non est hoc rationale et hoc rationale
sed Petrus et Paulus et alia indiuidua naturae humanae et inferiora sensi-
bilis non est hoc sensibile uel hoc sensibile sed homo et leo qui participant
naturam animalis tanquam duae species plane distinctae.

Haec Cap. probatur 1° Ex Resolutione aliarum opinionum nec alius terminus restare
uidetur respectu cuius possit consistere differentia in ratione 3 praedicabilis.
Probatur ratione differentia respectu hominis et illius differentiae ut rationale respectu hominis et illius
rationalis non praedicatur in quale quod ergo respectu illorum non habebit rationem 3ii praedica-
bilis. Consequentia patet. probatur antecedens quando praedicatur differentia de hac et illa differentia
praedicatur absolute in quod asserens totam centiam ergo non in quale quod. probatur
antecedens haec differentia in sua centia nil aliud dicit quam rationem differentiae
et superaddit conditionem indiuiduantem ut hic homo nil aliud
dicit quam naturam humanam et conditionem indiuiduantem ergo sicut
homo praedicatur in quod ut tota centia de hoc homine ita differentia de hac et illa differentia
Probatur 3° differentia respectu indiuiduorum naturae habet omnes conditiones petitas
ad rationem uerbi et 3. praedicabilis ergo respectu illorum erit uere uerbis
probatur antecedens ab illis non abstrahitur abstractione uerbium et de iis praedicatur
in quale quod ergo respectu illorum habebit ueram rationem 3 praedicabilis
Ex quibus colliges inferiora differentiae esse illa plura quae habent naturam specificam
distinctam per formam differentialem et fundamentum hominis relationis 3 praedicabilis
est unitas formalis multorum quae sunt similes in forma specifica et per
eandem distinctae ab omnibus aliis.

Arg. 1. Ob. 1 Vel n. genus continet differentias vel non si continet ergo differentia non erit
quia species genus excedat si non continet ergo species non habet differentiam ex genere quod
est contra dicta. Rx Genus in potentia continere differentias non actu quia vero species
actu continet differentiam hinc est quod actu species per differentiam excedat genus.
Arg. 2. Ob. 2. Illa non competit ultimae differentiae ergo. Consequentia patet per ante
definitio differentiae est quod praedicetur de pluribus specie differentibus sed differentia
ultima non est talis ut patet in rationali ergo differentia ultima non competit definitio
Huic argumento Rx caret definitionem Porph. convenire in ultimae differentiae
non positive sed per non repugnantiam, non quia talis differentia sed quia differentia
si non differentia ultimae in quantum differentia repugnaret praedicari de pluribus
specie distinctis id non repugnaret differentiae subalternae sed haec solutio tota
valde est et verite caret. Sequeretur n. ex ea Equum esse animal rationale
quia licet ei quidem repugnet ratione talis animalis esse rationale tamen non repug-
nat ei in quantum animal. Deinde est contra eorum modum loquendi Auctorum
quibus contraria praedicata non per non repugnantiam sed positive tribuunt.
Rx ergo Porph. sua definitione tantum complexum esse differentiam subalternam
et non nisi iam ergo diminutus fuit Porph. in sua definitione? Rx minime
quia ipse apud veteres tantum differentias subalternas cum genericas invenit
et sicut invenit ita definivit, deinde ideo hoc factum est a Porph.
quia differentiae subalternae communem usum in scholis optinent ut ait Magister
Ergo si ab illa definitione detrahas tamen specie differentibus et addas
numero differentibus optimam conficies definitionem cuicunque differentiae
convenientem.
Arg. 3. Deus differt contrariis a creaturis et omnia praedicamenta in
ipsa differentia dicuntur inter se et tamen non conveniunt in aliquo genere, deinde homo differt
a lapide per animal et tamen animal non est differentia ergo non est proprium differentiae quod singula
a se per ipsam dicuntur. Rx advertendo non esse idem res aliquas esse diversas
et differentes, ea n. proprie dicuntur differre quae in aliquo genere conveniunt.
Illa a. sunt diversa quae distinguuntur quae quicunque modo in essentia licet in nullo
genere conveniant.

Deus itaq; à creaturis et unum praedicamentum ab alio distinguunt hoc
non proprie differunt, nil n. cum habent univocum vel genericum in quo conveniant.
Differentiae enim ipsae inter se proprie non dicuntur sed sunt pro diversa itaq; neque
Deum à creaturis proprie differre nec enim unum praedicamentum ab
alio proprie differt, quia proprie differre est eorum quae conveniunt in uno
quod adveniente differentia dividitur et constituuntur variae species sub illo.
Ad illud enim de differentia hominis per animal à lapide Respondeo hominem proprie differre
à lapide per animal quia id per quod unum differt ab alio proprie, non debet
includere illud quod est genus respectu utriusque, animal n. includit corpus quod est
genus respectu hominis et lapidis ac proinde homo non per animal sed per sensibile proprie
differt à lapide et aliis insensibilibus.
Arg. 4. Genus potest dividi per accidentia ut si dicatur animal aliud album
aliud nigrum, potest enim dividi genus per species hoc modo, animal aliud homo aliud
equus ergo dividere genus non est proprium differentiae aut ea quae sunt sub eodem gradu.
Respondeo Genus potest variae dividi per accidens ut in album et nigrum Ex. per se
hoc est in partes suas actuales ut in vivens sensibile. 3° in species parti
cipantes ipsum ut in hominem et brutum. 4. In partes potentiales limitantes
et determinantes illud et sic differentia proprissima dividit genus tanquam compars
limitans et determinans illud ad componendum cum illo certam aliquam speciem Et hoc modo
intelligendum est illud quod diximus de differentia, illam scilicet dividere genus
per modum partis limitantis quo modo dividendi nulli alteri potest competere
Arg. 5. Ad probandum differentiam esse virtutem et 3 praedicabile in ordine ad
speciem ipsam constituit. haec praedicatio homo est rationalis est directa et formalis
ergo est alterius praedicabilis. Sed non potest esse alterius nisi differentiae ergo differentia vere
constituitur in esse virtutis et 3. praedicabilis per ordinem ad speciem ipsam constituit
Respondeo ad ant. et neg. consequentiam. non n. omnes praedicationes directae et formales spectant
ad aliquid praedicabile sed tantum illae in quibus superiora de inferioribus praedicantur
dummodo enim caetera requisita adsint, potest tales a. praedicationes dantur illae

in qb. p̄dicant aeq̄tia de aeq̄tib. et talis ē p̄dicatio in argumento relata
vocarij solet p̄dicatio 3ij p̄dicati qa in illa p̄dicat res q̄ alias si compa
ret ad inferiora ē 3 p̄dicabili.
Arg. 6 3a Divisionem sup. factam. In bona divisione membra dicunt ee
inter se dista sed hoc n̄ fit hic g̃o. pl̄ m. eadem res p̄t ee d̄ria cōis
ppria et ppryssima vel congregativum nisi ē d̄ria cōis ligni lapidis &c.
qb. me nigredo vel accidens separabile, et ē d̄ria ppria respectu corvi
cui me nigredo vel accidens inseparabile et ē d̄ria ppryssima respectu ipsius
nigredinis q̄m in certa spēc constituit g̃o sic eadem inter se conveniunt sequen
uni rei. Dein ubi ē d̄ria ppryssima ibi sp̄ ē ppria et cōis d̄ria
ubi n. ē diversa cōntia m̄ dicunt ee diversae ppriates et accidentia cōia
g̃o iste membra coincidunt.
Rx membra h. divisionis n̄ sp̄ debere distingui realiter sed sufficit
q̄ formaliter et ita exempt. adductum in argto. sdm aliam formalem
ē d̄ria cōis et sdm aliam ppria et sdm aliam ppryssima loquendo
p ipso substrato d̄riae et hoc n̄ destruit divisionem nam bonum divi
dit in utile, delectabile et honestum q̄ tn̄ membra aliquando tn̄ sdm di
versas formalitates distinguuntur. Unde pat ad argtm membra bonae divi
sionis vel debere ee dista vel realiter vel formaliter sdm distam rationem
Ad illud q̄ ult. dicebat in argto Rx concedo. ans n̄ tn̄ inferri ex
co membra dividentia coincidere et n̄ distingui saltem formaliter quia
ut Scotus ait membra h. divisionis sumenda sunt cum praecisione.
hoc ē q̄libet membrum ē accipiendum sdm id q̄ formaliter p̄stat q̄
pacto constat unum n̄ includere reliq̄ nulla n. res p eandem formam
praecise sumptam differt cōiter ppria et ppryssime licet ubi ē d̄ria mxe
ppria caetera m̄ d̄riae existant, Et haec solutio m̄ supponit illam
divisionem poē m̄ 1o intentionaliter, licet m̄ 2o intentionaliter accipiat
et sensus ē divisionem illam q̄ dividit d̄riam in eam ppriam et mxe
ppriam poē accipi p ipso substrato 2ae intentionis d̄riae, ita ut

Sensus sit aliud est quod facit differre contra aliud quod proprie &c. Et in
pt 2o Intentionaliter dividi hoc modo alia est intentio divisionis contra alia
propria alia proprissima et de hac divisione alij tres sunt inter Auctores
An. sc: sit divisio generis in species an univoca An Analogi in analogata
Ad hoc Rx 1o Si sumatur haec divisio divisionis 1o Intentionaliter et
propriis rebus quae substant 2. Intentionis divisionis non est divisio univoca
vel generis in species sed Analogi in analogata.
Pbr membra substrata h. divisionis sunt substantiae et accidentia sed substantiae
et accidenti nulla datur ratio univoca aut generica ergo haec divisio
1o intentionaliter accepta est analogi in analogata. mi supponendo certa
ex Metaphysica pbr ma. divisionis contra plerumque est accidens ut sedere currere
sicut et propria divisionis proprissima v. plerumque est substantia ut sensibile
rationale ergo ma. vera.
Rx 2o Si sumatur 2o Intentionaliter non est modus univoca vel generis in species
sed Analoga.
Pbr. Ratio divisionis non aequaliter participatur ab his tribus membris ergo non est generis
in species aut univoca. Consequentia patet. ideo n. divisio entis in substantiam et accidens
non est univoca quia illa duo membra inaequaliter participant naturam divisi
pbr ant. divisionis proprissima facit rem plane aliam hoc est diversam in
contentia. contra v. et propria faciunt rem alteram hoc est diversam vel distinctam
distinctam secundum accidens sed haec sunt diversae rationes divisionis ergo ratio divisionis non
aequaliter participatur ab his tribus membris. Ex quibus patet quod non sit generis in
species quia talis divisio esset univoca.
3a Haec arg. 1. Contra est his 3 dicitur facere differre ergo divisionis in
communi erit ratio univoca respectu eorum antecedens est certum, singula n. h. divisionis
membra faciunt differre ergo est ipsis aliquid commune. Rx Verum est rationem
divisionis esse communem quod negatur tamen esse quod commune univocum vel genericum Ratio siquidem
entis est communis substantiae et accidenti non communis generica vel univoca sed Analoga.

Arg. 2°. Illa 3 intentiones dicta distinguuntur specie quod intentio dicta communis erit ratio generica respectu earum, plus autem illa predicantur de pluribus numero ut hoc dicta communis est dicta et hoc dicta communis est dicta quod sunt 3 species.

Respondeo illas esse 3 species contentas sub uno genere. Ad probationem Respondeo illas predicationes non esse species de individuis sed analogi de analogatis quales sunt hoc hoc urina est fana et hoc urina est fana vel hoc accidens est ens et hoc accidens est ens.

DUBIUM NONUM

Utrum genus vel differentia superior claudatur contentaliter in differentia inferiori et quomodo genus differentias continet?

Sensus quaestionis est An aliquid v. g. sit de conceptu contentali rationalis vel an infensibile quod est differentia superior animalis sit de conceptu rationalis.

In hac re 3 sunt sententiae. 1a est Nominalium asserentium differentiam inferiorem contentaliter claudere superiorem hoc sequitur videlicet Soncinas 7 Metaph. q. 37

2a est Magistri Soto quod est unica de genere asserentis genus et differentiam superiorem predicari contentaliter de inferiori non immediate sed mediate mediata predicatio et immediata quod fuit dictum est sup. dub. de genere.

3 quae vera est et sequenda est asserit genus et differentias superiores nullo modo predicari contentaliter de inferioribus nec esse de conceptu illarum contentali, hoc sentit videlicet S. Th. eamque tenent communiter eius discipuli. Et cuius Exempli sit.

Christus 1a genus non est de contentia differentiae quia ipsum strahit et limitat.

V. G. animal non est de contentia rationalis. hanc Chrysostomum in sup. probavimus agentes de genere. plus a modo speciali ratione a posteriori deducta. sequerentur non nulla absurda ex sententia contrariorum. In primis non sequeretur genus non predicari univoce de speciebus et consequenter non esse genus, consequens est falsum quod et antecedens plus sequitur ideo non ens excludit a ratione generis nec predicatur univoce de suis inferioribus quia transcendit differentias inferiores et quia includit in conceptu contentali differentiarum quod si genus v. g. animal includit in conceptu